

13. FL. AUTHARI 584—590.

Febr. Mart.(?) — Langobardi communi consilio Authari, filium Clephonis, regem sibi constituunt. PD. III, 16. (Tempus ex eo tantum colligitur, quod Cont. Havn. Authari ann. 6 mens. 6 regnasse tradit). (PD. III, 34. a. 6; Or. a. 7).

587. Ind. 5— Spt. 1—6; Autharis a. 3. 4.

Sept. — Langobardi adversus Romanos bellum movent in-dictione 6. Theophanis Chronogr. ed. Bonn. I, 402.

589. Ind. 7— Spt. 1—8; Autharis a. 5. 6.

Mai 15. Veronae Authari rex Theodelindam, filiam Garipaldi regis Baioariorum et Walderadae, in matrimonium ducit. PD. III, 29.

Oct. 17. Veronae Authari rex cum Pronulpho comite miraculo per inundationem Athesis fluvii ad ecclesiam b. Zenonis Veronensem factam adest. Greg. Dial. III, 19; cf. PD. III, 23.

584—590.

— — Autharis regis praeceptum pro antecessoribus Adalberti de Ruzzolo citat Carolus III. imp. a. 883. Campi I, 469; Troya 5. 4

— — Ecclesia Autareni ab Autari rege in territorio Bergomate condita commemoratur in diplomate Caroli III. imp. a. 883, Jul. 30. Lupi, Cod. dipl. Berg. I, 937; Troya 48. 338.

— — Ravennae Epitaphium Droctulfi ducis transfugae. PD. III, 19 (Annus plane incertus).

— — Authari rex mittit Pelagio II. papae clavem auream S. Petri a quodam Langobardo in Transpadanis partibus inventam, eius miraculosa virtute illum Langobardum ipso praesente exstinctum esse indicans, et aliam auream clavem ab ipso factam. Greg. Rg. VII, 28; Jaffé 1104.

590. Ind. 8— Spt. 1—9; Autharis a. 6. 7.

Mart. 26. — Authari rex liberos Langobardos catholice baptizari vetat. Greg. Rg. I, 17.

Sept. 5. Ticini Authari rex veneno, ut tradunt, accepto moritur. PD. III, 35.

14. AGILULF 590—616.

Sept. — Nov. Apud Laumellum Theodelinda regina cum Agilulfo duce Taurinensi convenit. PD. III, 35.

Nov. in. — Agilulfus, qui et Ago, Turingus ex genere Anawas, dux Taurinensis, cognatus Autharis, a Theodelinda regina maritus electus, regnum suscipit Langobardorum. PD. III, 35; Roth. ed. prol.

591. Ind. 9— Spt. 1—10; Agilulfi a. 1.

Mai. Apud Mediolanum Agilulfus a Langobardis rex levatur. PD. III, 35.